

- sedente, Vrbanostavianas** salutaverit ; sed eæ tamen ab aliis ob-
servatoribus exercitatissimis , omni licet adhibitâ industriâ repe-
riri non potuerunt : ipso deniq; Schyrlæo illas (qvæ procul dubio
nihil aliud, qvam fixæ qvædam , circa qvas Jupiter tunc compa-
rebat, erant) rursus evanuisse, non sine publico pudore confessi.
- (37.) *Casfinus* enim, postqvam per integros qvindecim annos side-
ra illa curatissimè observâset , proprium eorum , sicut aliorum
Planetarum , motum in tabulas ac Ephemerides digesit.
- (38.) V. Act. Angl. Mens. April. 1666. p. 149. & Mens. Julii p. 182.
& seqq Ephem. Erud. XXII. ac XXXIV. ejusdem anni 1666.
p. 254. 395. & seqq.
- (39.) V. Ephem. Erud. III. anni 1666. p. 27.
- (40.) V. Ephem. Erud. XV. anni 1667. p. 235.
- (41.) Qvo ipsum elogiô ornant Acta Anglicana p. 3. Cæterum ple-
raq; omnia hactenus allata Physicæ Eclecticæ Celeberr. Dn. Stur-
mii me debere ingenuè fateor.
- (42.) Pleriq; hactenus firmiter cum Peripateticis persuasi erant,
Ignem simpliciter levem esse , eò qvòd is aëri (reliqvorum ta-
men elementorum levissimo) prementi cedere , ac ad superiora
eniti subinde videatur, aliud verò corpus ab igne premi vel ur-
geri nunquam observetur : At enim cùm hoc ipsum , qvod ignis
tantò majore nisu sursum tendit, qvantò magis ab ambiente aëre
premitur (in *Antliarum Pneumaticarum* enim *Recipientibus* cande-
larum flammæ tantò minus acuminatæ cernuntur, qvantò plus
aëris exhaustum fuerit) suspectam redderet absolutam ejus levi-
tatem, *Boylius*, ausu certè felici, lamellis metallicis variis ad bilan-
cem , cum illæ frigerent primū , deinde cùm candefactæ essent,
industriâ & curâ singulari examinatis , igni qvoq; suum pondus
inesse , nec aliam qvam respectivam levitatem ipsi tribui posse,
demonstravit : cujus rei Experimenta qvam plurima parvulo
Tractatu de *Ignis & Flammæ ponderabilitate*, Anno 1673. seorsim
edito, nunc Operibus ejus Genevæ Anno 1677. junctim excusis,
inserto , complexus est.
- (43.) Teste *Morbofio* in elegantissimâ Dissertatione de Parad. Sen-
suum, c. 2.
- (44.) Annexa est illa descriptio Symmetriæ Munitiōnum Puteani, Lo-
vanii Anno 1645. editæ.
- (45.) c. 4. Dissertat. de Tincturâ Universali, qvam vide. Libentissimè